

II. *Ipsius victoriam.*

III. *Carmen triumphale à cœlicolis
decantatum.*

DE I. LOCO.

Et factum est prælium.

Revelatur Joanni in visione, status Ecclesiæ militantis, à Diabolo oppugnatur, sed à duce Michaelle defenditur.

V S V S.

1. Discendum ex hoc loco, quæ nam sint effecta bonorum & malorum Angelorum: Mali Angeli Ecclesiæ DEI insidiantur, spargunt falsa dogmata, 1. Reg: 22. Impediunt prædicationem verbi, 1. Thes: 2. Alliciunt ad peccandum Magistratum politicum, 2. Sam: 11. Turbant œconomiam, Tob: 3. & circummeunt, tanquam leones rugientes. 1. Pet. 5.

Angeli verò boni perversis conatibus illorum se opponunt, in Ecclesia adjuvant recte docentes. 2. Reg: 1. 1. Reg: 19. Act: 8. Magistratū defendunt, Zach: 3. A modum à pijs conjugibus repellunt; Tob: 8. Nos deniq; vocationis nostræ officia facientes comitantur atq; defendunt. Psalm: 91.

2. Cavendum etiam nobis cum tan-

T 2 TO